



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Aliorum de Angelorum locutione sententiæ repulsæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

per signa privata ad utriusque placitum consignificationis ad modum eius quam hispanè dicimus *gerir-gonea degitar*; aduersariis ipsi abhorrentibus, in Angelis admittamus, secreta Angelorum locutio, pro cuiusque libito esse non poterit. Secundo: videntur eius lingue communis, & significationis ad placitum omnium illorum signorum obiectiuorum cunctis Angelis innotuit? Certe eorum omnium consensus, & beneplacitum ad alios mutuo habendum de omnium signorum significatione pro rebus omnibus aliis, & cuiusque libito manifestandis haberi concordi consensu non potuit, nisi prius cuiusque placitum de eorum significatione reliquis vicissim innotesceret, si ad ipsorum placitum significanda signa illa obiectiua sunt. Vel ergo omnium placita signis aliis obiectiuis ad placitum mutuo omnibus innotuerunt, & sic in infinitum signorum anteriorum, & anteriorum ad placitum significantiū absurde, & repugnantem abibitur: nisi tandem ad signa aliqua nusquam ad placitum Angelorum significanda decernatur, quibus beneplacita de significatione signorum obiectiuorum ad placitum, & ex consensu Angelorum, eis omnibus mutuo innotescant: ac qui eisdem, signisve similibus significantiis, & non ad placitum Angelorum, quo bene placita de eorum significatione signorum tuorum ad placitum, ex consensu Angelorum, mutuo Angelis innotescunt poterunt alia omnia ac Angelo quouis, cuius alteri manifestari, ergo ea erunt lingua, & idioma quo Angeli mutuo sibi quicquid velint inuicem manifestent, & pro libito colloquantur, quia signis tuis obiectiuis ad placitum significantiis locutio Angelica indigeat.

8. Confirmatur: quia aduersarij omnes, qui signa hæc obiectiua ad placitum, & ex consensu Angelorum significanda, necessaria ad Angelicam locutionem defendunt, ex eius sententiæ Primipilo, & dñe Mol. nostro, nutibus spiritualibus mutuis Angelorum de eorum signorum obiectiuorum significatione ad placitum, cuiusque placitum reliquis mutuo significari docent, ac hi nutus spirituales Angelorum de eorum signorum significatione, nil aliud, quam actus voluntatis, & beneplaciti vniuersi cuiusque Angeli de ea significatione, signis illius esse potest: beneplacitum hoc, vel cognitione, vel specie sui alteri Angeli impressa, vel aliter (iuxta mox referendas opiniones) tandem abique signis vllis obiectiuis ad placitum, & ex consensu Angelorum, significantibus manifestatur: ergo eodem modo voluntates manifestandi iudicium, & sententiam suam siue veram, siue simulatam Angeli cuiusque Angelis cæteris, & reliqua subinde alia ab eo manifestabilia, abique signis obiectiuis ad placitum appetentur.

9. Reliqui dicere possent indignatione quadam spirituali ad obiectum, ex Angeli indignantis voluntate significandum, signo spirituali suum placitum significante, quod tunc profert, cum obiectum designat: quemadmodum nos, cum *veris*, & aliis lingue nostræ ignavis voces proferimus, obiecta per ipsas significata simul demonstrantes, verbi gratia, panem, cum dicimus *panis*, &c. Hoc inquam difficile est. Primo: quia spirituales istæ indignationes, seu demonstrationes obiecti, ex eius placito significati, aut significandi, signo, quod tunc profert, nil aliud quam nutus præfati esse posse videntur: neque enim vti nos digitos habent, aut manus, quibus suam voluntatem de signorum significatione obiectis designatis, & indignatis demonstrent, ut nos pueri, & alii, quos linguam edocemus, si autem ob hæc dicas eorum signorum obiectiuorum, ac significationis ad placitum notitiam primo infusam à Deo Angelis omnibus fuisse cum Alarcon. d. 4. capite 6. & Quirós tandem, sectione quarta, numero 25. (cui id proiecit sectione secunda, numero nono, & in Alarcon reprehenderit) vti Hebræam linguam dicitur Protoparentibus infudisse. Contra est primo: quia consensu Angelorum non esset, sed Dei: quare nec lingua propria, & quasi nationalis angelica formaliter, & actiue, sed materialiter sicut

Christoph. de Ortega de Deo uno, Tomus II.

cum tamen cuius rationali Reipublicæ facultas linguam propriam pro rationalium, quibus constat, placito condendi, ut pro libito inter se colloquantur indita sit. Secundo recurrit hic ad Deum ad designandam, imponendamque signis, quibus, Angeli loquantur significationem minus decens Philosophum, seu Theologum est: cum aliunde, facultati naturali Angelorum ad colloquendum inter se se ex naturali virtute ipsorum actione, aut ex actione physica facilius possint mutuo colloquia miscere.

10. Denique locutio hæc angelica per signa obiectiua ad placitum significanda, eo præsertim fundamento induta est, quod humana nostra locutio, quam experientia, & sensibus nouimus omnino assimilatur, & adaptemur; sed tamen certum per omnia est: cum de spiritualibus agitur, etiam non, nisi corporeorum ad instar, cogitari à nobis possint corporea tamen dedisci oportere, ne de spiritualibus, etiam corporeorum ad instar cogitatis, asserantur. Demum: si velis, ea signa obiectiua, non ad placitum, sed naturaliter significare, quæ Angelus loquens vult manifestare alij, vel aliis Angelis audituris multo ex capite impugnat apud Ariagam d. 12. sectione 1. numero 5, a §. *Quod si dicas*, quæ tamen leuia de se sunt, nec ad sui solutionem doctrinis ab hoc autore motis opus habent, cum se ipsis nutrent, & labascant: illud solum firmum, contra naturalem hanc signorum obiectiuorum significationem refertur ab ipso numero sexto, §. *quarto contra ea signa obiectiua*, circa med. quod, scilicet, non posset inter Angelos esse priuatum secreta locutio: quod sic proba. Quia, cum ea naturalia signa, vel causæ, vel effectus naturales sint (quo velis loco contineantur, vel cuius subiecto infideant, ut fumus, ignis) non poterunt non à cunctis Angelis, vel saltem, in proximo, nec nimis distanter loquenti, & audienti adstantibus percipi, id quod absurdum esse de se patet, & nuper ostendi numero 6. contra Quirós, quicquid absurdum, non esse reputet etiam Ariaga numero septimo, §. *Sed neque hæc arguit*: siquidem secreta locutio vnius Angeli ad alterum priuatum, atque ius eorum, ad illam ab horum voluntate, quoad vsum debet solummodo pendere. Quod autem alij plures, vel etiam omnes præfentes proximo loco imo penetrati priuatum, colloquantibus adstant, non ab horum, sed aliorum omnium & singulorum voluntatibus solummodo pender. Secundo: cum Angelus aliis Angelis non solum actus intellectus de obiectis, & voluntatem loquendi, sed obiecta alia omnia, de quibus, sic, vel aliter iudicat, aut fingit se iudicare, sua locutione manifestet, atque eorum obiectorum, pleraque pure possibilia sunt, & quæ pro eo strati, nec causam sui nec effectus habere possunt, nec signa obiectiua naturaliter significantia habebunt, per quæ Angelus Angelo loquatur.

CERTAMEN III.

Aliorum de Angelorum locutione sententia repulsa.

1. VEnio ad Doctorum sententias de Angelorum locutione per signa non obiectiua, siue ad placitum, vel naturaliter significantia, & præcognita docentia, audientem Angelum in obiectorum, quæ ipsi manifestare vult Angelus loquens cognitionem; sed per signa, aut media potius alia, quæ incognita, ea, quæ Angelus loqui, & manifestare alteri vult audientem hunc cognoscere faciant, vel de se se, cum facere possint cognoscentem. Et hunc locutionis angelicæ modum alterum in generalem modum, & classem esse diximus, sub qua reliquæ omnes Doctorum, super angelica locutione speciales sententiæ continentur. Media autem hæc dilucidæ methodi gratia in media formaliter facientia audientem Angelum eorum, quæ ipsi alteri manifestant

manifestat cognoscentem (cuiusmodi sola audientis, de eis omnibus cognoscere potest) ut patet & in media, quæ non formaliter, sed actu cognoscentem eorum omnium faciunt (ut de speciebus actiue, aut exactiue, ab objecto missis fieri dicimus) subdividi debent : & sub primum huius subdivisionis membrum venit sententia Scoti in 2. d. 9. quæstione 2. §. *Ad quæstionem*, & §. *Ad ulteriorem*, Basilidis ibi ad 1. & Scotistarum asserentium loqui Angelum alteri imprimendo illi formalem intellectionem obiecti, quod loquens percipiat, vultque alteri loqui : quæ respectu eum pure recipientis auditio est. Respectu vero eam efficientis Angeli, qui loquitur, sit locutio. Hanc vero effectiorem, seu impressionem cognitionis obiecti manifestandi, alloquentem ; non quidem ab huius cognitione obiecti illius, in audientem provenire, sed à memoria, seu potius specie impressa, obiecti eiusdem menti loquentis insidente, quæ pro huius arbitrio (cui ad vltim, & exercitium species impressæ in Scoti sententia subduntur) & cognitionis obiecti eiusdem tam in loquente Angelo, qui inest, quam in audiente principium sit : etsi hic eam intellectionem nullatenus agat, sed recipiat solum, & à loquente patitur : id quod explicatius tradit citatis paragraphis ut de eis quæ Angelus audiens nouerat, & quorum species habebat, solum cognitionem imprimat loquens : cum autem superior Angelus inferiori loquitur aliquid, quod inferior ignorabat, & speciem impressam, & expressam imprimat inferiori, illam quidem per speciem impressam, quam in se loquens habet actiuitatem, expressam vero per intellectus loquentis virtutem ; cum autem inferior loquitur Angelo superiori, quod pro libito non nouerat, cum ratione inferioritatis nequeat in illum speciem expressam, actu cogitantem, imprimere, nec ad alia cogitanda intentum superiorem ad obiectum aliud cognitione impressa discurrere (ut ratione superioritatis potest superior in inferiorem agere) speciem impressam, eius obiecti, quod ad superiorem loquitur ipsi imprimit, Dixit autem hanc inferioris Angeli ad superiorem, cui fatitur per speciem impressam infusione, siue immisionem de obiecto, quod ante locutionem inferioris ignorabat, & cuius speciem non habebat : quia Scotus duas species indiuidue diuersas eiusdem obiecti censet (& vere, si naturaliter loquatur) in eodem intellectu impossibiles, ac proinde locutionem angelorum, de eis, quæ iam audiens nouerat, ac species habebat impressas, aliarum impressarum immisione, fieri non posse. Hæc Scoti mens ipsissima est, altiori quam aliorum, ut solet, indagine à subtilissimo, & profundissimo alienarum mentium indagatore Valsequo nostro in apertum deducta : ex qua constat Scotum (præter quam in locutione Angeli inferioris ad superiorem de obiectis huius antea cognititis) angelicam locutionem, in productione cognitionis ab Angelo loquente totaliter in audiente, solum passiuæ, & receptiuæ se habent, constituere : quare locum non habent aliquorum interpretationes de effectiione partiali, & inadæquate cognitionis, & speciei expressæ audientis Angeli à loquente, ut fere Arriaga citata d. 12. sectione secunda indifferenter censet, vel de immisione speciei impressæ ab hoc in audientem, ut explicat Soarez secundo, de Angelis capite 28. vltimo cum Scoti deceptus : datæ vero sententiæ Scoti intellectus ab Antiquis Doctoribus, & coetaneis ad hæc usque tempora referatur, & impugnatur.

2. Sic intellectum Scotum fuisse consutauit Gregorius de Arimino in 2. citata d. 9. quæstione secunda, & Doctores ab Scotistis reliqui. Primo ex essentiali immanentia actus vitalis (cuiusmodi cognitio, quævis, & subinde illa audientis est) ex qua inesse essentia sua debet eidem principio, à quo actiue elicitur : quare intellectus Angeli loquentis, nequit in Angelo audiente cognitionem obiecti ipsi manifestandi adæquate producere, ut audiens illam solum recipiat, & patitur. Quod si actui vitali non quidem immanentiam in principio, à quo elicitur essentialem dicas, sed solum eius immanentiam exigentiam, ut naturalem Angelorum locutionem, & debet, de-

ferendas, nec solum miraculolam & contra naturam exigentiam asserat ab audiente etiam Angelo saltem partialiter, eam cognitionem elici fatentis necessesse, nec totam venire à loquente. Nec satisficit pro Scoti Arriaga respondens sectione secunda numero undecimo, §. *Aduerte* de conceptu intellectionis non esse vitalitatem physicam, sed intentionalem solum, ut in scientia, & intellectione diuina vitali docet, & nos prius docueramus, & tomo 1. de Deo vno controuersia secunda fulius offendimus : etenim, ut ibi diximus vita intentionalis intellectionis creatæ, vita creatæ, & physice productæ ac producibilis vitaliter essentia, & natura sua est ; etsi diuinæ vitæ essentia sua, physice improductibilis es : quare ea creatæ toto genere, & conceptu diuersæ, alia sit ratio : quare creatæ intellectionis immanentia, aut immanentia in principio à quo elicitur exigentia, seu vitalitas intentionalis, abique physica esse nequit. Secundo, ne partialiter, quidem ab intellectu loquentis elici, auditio, seu cognitio, illa audientis potest intellectus quippe potentia vitalis, cum sit essentia, & natura sua immanentior solum, & in subiecto proprio intellectionis operatur est, non in extraneo : quare nec loquentis Angeli intellectus in audiente partialiter adhuc, & audientis intellectum adiunans ad producendam intellectionem eum fundamento aliquo, immo quo fundamentum bonæ Philosophiæ proterantur dici potest. Vltimè cum prædicata omnia intellectionis audientis potentia intellectionis respondentia eiusdem intellectui sufficiens respondeant, hic intellectus adæquate causat intellectionem suæ intellectionis erit iuxta principium commune philosophicum de causa adæquate, & totali, vel absolute, vel in genere quouis factæ à nobis constituto tomo primo nostræ philosophiæ, controuersia de causis cum Valsequo, & communi contra Petrum Hurtado : quare nec intellectus Angeli loquenti ad audientis intellectionem partialiter conueniret. Tercio : quia intellectus loquentis nequit erant intellectum, audientis, ut eiusdem obiecti libere, & ex arbitrio sui electione intellectionem eliciat : cum ad id opus sit, ut pro priori natura ad actum voluntatis, quo audiens applicet, ac determinet suum intellectum ad eam intellectionem eliciendam, alia quid de locutione Angeli ad ipsum loquentem præstet : de qua nihil ante auditionem, seu intellectionem suam elicitur, qua primum loqui fuit Angelum alterum intelligit, nouerit : sed neque excitat Angelus loquens intellectu suo audientem potest, ita ut ipso inficio eius intellectum ad intellectionem obiecti eiusdem eliciendum determinet : siquidem in vltimis Angeli actus Angelus alius, ac superior quidem Dominium habet, nec potest pro suo libito ad alia cogitanda attentum, & intentum diuertere, ut de obiecto, quod ipse exercite intelligit, ad alia cogitaret, nollet.

3. Quarto : Scoti ipsissima sententia impugnetur : quia, si Angelus loquens efficit, imprimique totaliter, & adæquate intellectionem, obiecti, quod loquitur in audientem, solummodo passiuæ recipientem, idem præstare posset præstareque de facto in spirituales nostros animos, non solum pro statu separationis, sed etiam in statu viæ, & conuersionis cum corpore : cum ad mere patientias, recipientesque spirituales qualitates, & operationes ab alio totaliter, & adæquate productas, nullum habeat à corpore eiusve coniunctionem, aut separationem dependentiam : quam solum corporis coniunctionem ad phantasmata dependentem, à quibus pro coniunctionis statu elicitur : Angelum vero efficit, imprimique animis nostris pro suo libito intellectionem, his loqui passiuæ, & receptiuæ se habentibus in statu coniunctionis, ad corpora : immo, id præstare posse absurde, & singulariter, ac temerarie contra omnes Theologos dicitur. Nemo enim ex illis animi, & intellectus nostri, pro hoc statu immutationis ab Angelis siue bonis, siue malis per intellectionis ab ipsis immixta : immo nec qualitates aliquas impressionem possibiles admittit.

admitte; sed solum per imaginationem, non quidem qualitate aliqua ab ipsis impressa immutata, sed specie- rum probabilitatem, agentive illarum applicatione, motu locali humorum, & spirituum vitalium, quibus species insident, & adferuntur causato, quo illa imaginationi proximus occurrant, & obferantur ergo recipienda est Scoti opinio, ex qua præfatum absurdum inferitur. Quinto cum plures Angeli idem de objectis eisdem pluribus iudicent, eorumque species, & facultatem intellectuum habeant, si hæc, eisdem objecti intellectio- nem adæquate in aliis ponunt, & ita Angeli ad alios formaliter loquuntur, omnes mutuo, & aliis loquuntur, & ab aliis idem ipsum, velint nolint, audiunt: cum æqua omnibus his, & loquenti facultas, in acta primo, adæ- quato sitaque item audiendi vnde rursus, non plures, sed innumeræ cognitiones objecti eisdem solo numero di- versæ in eodem, & in quolibet Angelo connaturaliter erunt, quod æque repugnat, ac esse plures species impres- sas eisdem objecti solo numero, diversas simul, in Ange- lo eodem, quod Scotus merito reputabat impossibile. Sex- to, cum locutionem suam in acta, tam primo, quam se- cundo recte Angeli norint, si actua in acta primo ster in intellectu, speciebus, & iudicio Angeli alterius, in acta ve- ro secundo in Angeli audientis de objecto eodem intel- lectione, quæ quilibet Angelus in se, & in aliis novit, ut omnes alios sibi loqui merito, quæque indicabit. Quod si dicat, id rursus pendere à voluntate loquenti libera Ange- li loquentis, id recte, sed vnde nam ea audienti inno- tet, ut sciat quilibet, ut obliam, cum in iudicando veri- tatem, tum in dicendo veritatem simile de objecto illo iudicium eliciat, & efformet: ad huius autem iudicii in- timationem, & notitiam audienti imprimendam loquentis species de objecto directo cognitio ab ipso, eiusque intel- lectus sufficientes, & proportionate, actus non sunt, ut patet. Ex quibus constat ad Scoti fundamentum, intel- lectus speciebus objecti directi satis constitutum in actu primo adæquato locutionem Angelum non esse, ut alteri loquatur; imo, nec ut in ipsum inadæquate adhuc (ne- dum adæquate, & totaliter, ut vult Scotus, imprimat ob- iecti à se prædicatæ intellectio, quæ sola locutio non foret, ut nuper dicebamus), quia intellectus in alie- num subiectum actus non est, sed tantum in proprium, cuius scilicet, potentia intellectiva est. Mitto alia in Scoti doctrina difficilia, quæ persequitur fufius Gregorius de Arimino citato loco, atque ex ipso alijs, quia ad alias materias spectant. Illud tamen, quod ad hanc attinet, & notavit Vasquez, c. 3. n. 5. §. Postremo si verum ex casu Scoti tertio, eiusque doctrina, non nisi rarissime, & casu, ac non ex loquentis libito inferiori Angelum, loqui ad superiorem posse, cum non, nisi casu, & raro superio- rem idem ipsum obiectum, quod loqui ei inferior velit cogitantem, nec ad alia cogitanda intentum possit inue- nire, à quorum cogitatione, ad cogitationem eius, quod ipsi loqui voluerit, vtpote inferior, nequeat distrahere, neque ab inferioris libito pendere, quod alia superior non cogitet, vel quod ab eis cogitandis distrahat. Ad- de, ne tunc quidem, cum de objecto loquendo ab inferiori Angelus superior cogitat posse ad eum esse inferioris locutionem ab Scoto assignatam, scilicet per species im- pressæ adhuc, nedum expresse de objecto illo immisionem: quod fieri nequit de illis, quæ superior novat, ni species impressæ, aut expresse, solo numero diversæ in Angelo superiore multiplicentur. De his autem, quæ superior An- gelus antea non novit, si naturalia objecta sunt fieri aliunde nequit: cum naturalia objecta omnia, quæ infe- rior imo plura, & plura, quo superior, & superior Ange- lus est, prænoscat. Vnde superior Angelum ab infe- riore illuminari quod locutione huius ad illum sit spe- ciebus actus, vel exacte immisiss, de naturalibus non

posse, consequens Theologorum sententia est: imo vero nec desuper naturalibus venturibus, nisi rarissime; locu- tio autem cuiusvis Angeli ad alium naturalissima esse debet ac pro cuiusque libito frequens.

§§. Oxamus in 2. q. 20. & quodlib. 1. q. 7. Gabriel in 2. d. 9. q. 2. 2. 4. afferunt ex Aug. 1. §. de Trinit. c. 10. lo- qui in Angelis idem esse, ac rem intelligere, eiusque verbum interius concipere, ac in mente habere; audi- re autem esse alterius, verbum, & intellectioem videre, quam auditionem in Angelo, cui loquitur, alter efficit, loquens verbo suo, de re quam manifestare, loquique vult, tanquam obiecto, nulla sui specie impressa immis- sa, nec adæquate, sed concurrente etiam intellectu au- dientis, non autem loquentis ad eam verbi alterius in- tellectionem. Cæterum: cum actus concursus ex parte obiecti, qui intellectio, & verbo loquentis tribuitur, in sui ab audiente intellectioem naturalis, ac necessa- rius per hos auctores sit, locutioque eius, quod quis- que concepit, libera esse debeat, ac insuper eius ad alium manifestatio, nequit in intellectioem, & verbo loquentis de re aliqua, super qua locutionis, & mani- festationis habenda rursus à loquente deliberatio, est locu- tio consistere. Secundo: nihil cogitare Angeli poterunt, quin ad Deum loquantur, quod est aperte falsum cum se- creta etiam cordis Angelici, omnia Deo manifesta sint. Terrio, omnibus Angelis, loquatur, quicumque Angelus loquatur: liquidem concursus obiectivus intellectioem, & verbi de re quapiam Angeli loquentis, ad cognitionem, & verbum audientis de re eadem, ac de cognitione, & verbo loquentis, naturalis, ac necessarius, & immediatus est, cum intellectu audienti, quem Angeli reliqui à lo- quente æque proportionatum, & expeditum habent, ad intellectioem, & verbum loquentis de re quapiam, ac subinde rem ipsam cognoscendam: & quidem conceptus mentis, cuiusvis Angeli esse reliquis naturaliter notos, Oxam. & Gabriel expresse docent: ergo omnes Angeli audient quemvis loquentem, nec locutio priuata, & se- creta vius Angeli ad alium esse poterit, si in eo Angeli locutio, auditioque consistat. Quarto: cum animarum se- paratarum inter se locutio esse possit, ac de facto fuerit animæ divitis epulonis cum Abrahami anima collo- quium, Lucæ 16. eoque modo, quo inter Angelos esse debeat, ac rursus, eodem modo inter Angelos, & animas separatas (quibus societas, & communicatio, cuiusvis creaturæ rationalis, cum alia quavis rationali ex ratio- nalis, prædicato possibilis est) locutio erit. Hinc autem inferitur: ergo animæ nostræ, in statu etiam viæ, & conjunctionis, cum corpore, eo præcise, quod de re ali- qua intellectioem verbumque concipiant, cum Angelis loquantur, quod est absurdum. Illatio probatur, quia eiusmodi intellectio, & verbum animæ, coniunctæ etiam corpori, adæquatum principium naturale ex parte, ob- iecti est, quod cum intellectu Angeli adæquatum princi- pium naturale, & necessario operaturum, tam ex par- te obiecti, quam potentie intellectioem Angeli consti- tuat, in horum sententia, æque, atque Angeli vius intel- lectio, & verbum cum alterius Angeli intellectu, ut ipsa intelligat, ac de eis verbum concipiat. Nec dici ad pos- sibilem hoc potest, conjunctionem animæ cum corpore impedire, ne eius intellectio, ac verbum mentis de re quavis actiuitatem habeat respectu intellectus Angelici, ut cum ipso intellectioem in Angelo eliciat: id enim iuxta huius sententia Doctores, abique omni protius apparenti fundamento dicitur. Etenim est intellectus noster, dum corpori immissa anima nostra est, nequeat absque conversione ad phantasmata quorū ad instar de- bet omnia obiecta, quantumvis (spiritualia, cogitare) suas intellectioem, & verba mentis intelligere, sicut Ange- lus, qui omnia absque vlla ad phantasmata nostra conversione, quare, & nostras intellectioem, ac mentis verba intelligit, vi naturalis actiuitatis mentis suæ, vbi primum ex parte obiecti intelligendi adæquatum adest naturale principium: quod in nostris intelle- ctione, & verbo mentis adest adversariorum senten- tia est.

6. Ex qua inferitur contra eam quinto, Angelos quotiescumque intelligunt, ac mentis verbum de re qua- vis concipiunt animabus nostris, corpore adhuc immer- sis loqui, easque loquentes sibi Angelos audire: quod,

& manifeste falsum est, & absurdissimum, quippe, quo
secreta Angelorum, & privata locutio in hac sententia,
quam impugnamus, non solum Angelorum aliorum
(vt proxime ostendimus) sed nec respectu hominum esse
posset. Quod autem animæ nostræ corpori immen-
sæ intellectiones, & verba Angelorum audirent, &
intelligerent probatur. Quia in verbis Angelicis suffi-
cienter principium naturale ex parte obiecti est, vt intel-
lectus alienus ipsa percipiat, ex parte vero potentia intel-
lectiua nostræ virtus actiua est intelligendi, & conuer-
tendi se ad phantasmata (in quocumque ea conuersio
fiet, vt corporeorum ad inslar verba mentis Angeli-
cæ, vt spiritualia locutio cognoscit, intelligat. Nec magis
præstat, si dicas: cognitionem, & verba mentis
nostræ de obiectis etiam spiritualibus corporeorum ad
inslar esse debere: angelica vero verba, & intellectio-
nes corporeorum, ad inslar esse non posse: quare nec
verba nostra posse esse naturalia, & proportionata prin-
cipia, ex parte obiecti ad verba, & intellectiones eorum
ab Angelorum intellectu ubi elicantur, nec verba Angeli-
cæ, vt à nostro de eis verba, & intellectiones elicantur,
sicut naturalia, & proportionata Angelorum intellectibus per-
cipiunt, Et enim cogitationes, & verba nostra de
obiectis, corporeorum adinslar, spiritualia entia sunt,
& quoad spiritualitatem intellectiua, & verbo Angeli-
co de ipsis, vt in se sunt proportionata: ergo admissio
semel (vt ab his admittitur) cogitationem, & verbum
intellectus alieni principium, & ex parte obiecti, ada-
quatum, & naturale esse posse, vt cum intellectu al-
terius adaequatum, & naturale intellectiōis verbi ali-
eni in hoc Angelo sit; nulla proportio oritur, ex eo,
quod verbum nostrum, de obiecto, quouis, & si corpo-
reorum ad inslar, conceptio in se tamen in corporeum, &
spirituale, spiritualis cognitionis Angelicæ ad nostro
verbo, etsi non corporis ad inslar conceptio, prin-
cipium naturale ex parte obiecti sit, ac similiter verbum
Angelicum, cum nostro intellectu naturale cognitionis
nostræ, etsi imperfectioris, de ipso, corporeis ad inslar,
principium adaequatum naturale. Et enim impro-
portio per excessum principij, proportioni ad agendum
non obest, vt in omnibus causis principalibus æquocius,
patet: igitur illata omnia absurda legitime, ex eo
principio aduersariorum inferuntur, quod verbum men-
tis Angelicæ alienæ cognitionis sui, in mente Angeli al-
terius naturale ex parte obiecti principium de possibili,
& de facto fit. Absurdus, & omnibus sententiæ fuz im-
pugnatiōibus Oxam, & Gabriel generaliter, & quasi
appetente, occurrentes aiunt: ad locutionem, virtus Ange-
lici, ad alium requirit volentem loquendi ad illum in
Angelo loquente; non quidem, vt verbo suo, quæ
formaliter loquitur, virtus actiua ipsi naturalis, ex
parte obiecti à voluntate illa, tanquam ab actu impe-
diti tribuatur ad suumve exercitium efficiendum cum intel-
lectu auditori Angeli intellectiōnem verbi ipsius, quo
alter ad ipsum loquitur, impellatur (illud enim verbi
huius, cum intellectu, & intellectu audientis exercitium
naturale, & necessarium est) sed vt verbum loquentis
conspiciatur esse. Quod quidem non, nisi ex à voluntate,
& intentione libera loquendi ad illum ab Angelo lo-
quente conciperetur. Verum nihil præstat solutio Primo:
quia cognitio, ac verbum mentis Angelicæ de obiectis
pluribus ex nulla voluntate, & intentione libera Angeli
alterius pendet, vt elicitur. Secundo: quia virtus verbi Ange-
lici vndeque producti naturalis est per aduersa-
rios, ac subinde naturalis, & necessariæ operationis cum intel-
lectu alterius Angeli ad sui & obiecti cognitionem:
quare, etsi ab æ Angeli intentione pendeat in essendo,
non tamen in operando verbi ex quavis intentione pro-
ducti intellectiōnem cum intellectu, quouis Angelico ca-
paci, & potente, quatenus ex parte potentia est, ipsum
percipiendi. Vnde, hec, iuxta hanc sententiam, Angelum
intentionem verbi sui productione loqui illo Gabriel
fili piuarum, & secretorum non autem aliis Angelis, anima-
bus separatim, aut etiam corpori coniunctis, nec Deo, in-
surrende, conarique in impossibile.

CERTAMEN IV.

*Aliorum, qui cognitione Angeli lo-
quentis, eius loquutionem confir-
mant, non tamen in ea principium
actuum proximum ex parte ob-
iecti adequatum, ut alter au-
diat sed in eius speciebus im-
pressis.*

[illegible]

2. Expressius huic modum tenuit & illustravit. Postea Arubal noster, d. 171. c. 3. docens: species cognitionis huius reflexa de directa cognitione obiecti, et voluntatis libera ad illud, ac directam eius cognitionem manifestandi congenitas Angelo cuique, cui lo-